



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

§. 46. Epistola Pastoralis ejusdem Cardinalis ad Catholicos in Borussia
agentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

Sæc. XVIII. „bis admodum molestum fore; Te enim
A. C. 1742. „videre optamus, & petimus. Interim
 „Tibi paterno affectu Apostolicam Be-
 „nedictionem impertimus. Datum Ro-
 „mæ apud S. Mariam Majorem die de-
 „cima quarta Julii anno 1742. Pontifi-
 „catus nostri secundo.“

§. XLVI.

*Epistola Pastoralis ejusdem Cardinalis
 ad Catholicos.*

Insuperhabita hac Pontificis citatio-
 Cardinalis Sinzendorffius Romanæ re-
 vere, haud consultum fore arbitratus,
 veritus, ne Regis sui indignationem in-
 curreret, votis tamen & mandatis Be-
 que eo satisfacit, ut illum postea Bene-
 dictus XIV. in hoc Vicarii Generalis
 munere confirmaret, & duntaxat in
 hoc adhuc difficilem sese redderet, quod
 literarum ac mandatorum vigor semper
 a Regis beneplacito dependeret. Ig-
 tur Sinzendorffius Pontificia auctoritate
 tutus vi sui Officii & demandati Vice-
 riatus die vigesima octava Augusti ex
 Episcopali Vratislaviensi Palatio ad con-
 nes Borussicarum ditionum Catholicos
 Pastoralem vulgavit epistolam. Ea
 lius tenorem:

Nos Dei gratia Philippus Ludovicus Sæc. XVIII.
Sinzendorffius S. R. Ecclesiæ Cardinalis, A. C. 1742.
Presbyter tit. S. Mariæ supra Minervam,
Vratislaviensis Episcopus ac Princeps, S.
R. Imperii Archithesaurarius, Comes, &
Burggravius in Rheinegg &c. Omnibus
& singulis utriusque Jexus Christi Fide-
libus Episcopalem nostram benedictionem
& salutem.

„Notum facimus Vobis ac præci-
„pue omnibus Ecclesiasticis, quod Re-
„gia sua Majestas, supremus, & Sere-
„nissimus Silesiæ Dux, Clementissimus
„noster Princeps ac Dominus a primis
„gloriosissimi Regiminis ac Dominatio-
„nis suæ auspiciis omnes subditos suos,
„cujuscunque Christianæ Religionis sint,
„de Regio suo ac potentissimo patroci-
„nio, & illimitata conscientiæ libertate
„clementissime certos fecerit: hujus
„quoque gratiæ Rex præcipue Catholi-
„cos suos subditos hactenus usque adeo
„participes reddidit, ut etiam Clero ac
„Nobis utpote ejus Capiti Episcopalis
„jurisdictionis nostræ usum, & cetera
„omnia sacra jura, in eo statu, quo Rex
„in primo suo in Silesiam ingressu ea in-
„venerat, se concessurum, ex singulari
„clementia professus sit. Vicissim verò
„æquissima non minus, quam omnino
„Christiana ejus intentio, voluntas &
M m 2 „man-

Sæc. XVIII. „mandatum eo collimat, ut singuli e
 A. C. 1742. „subditi, cujuscunque demum Religio
 „nis sint, inter se Christianam ac
 „lem pacem colant, & proprium & co
 „mune bonum ad Regiæ suæ Majestati
 „& Regni salutem junctis viribus & a
 „mis impendant, & ab omnibus
 „modi verbis & actibus abstineant, qu
 „bus dissidium, odium, aut contem
 „nes in rebus Religionis progermin
 „possent. Cum ergo ad hæc vel ma
 „me pertineat invidiosum nomen *Hæ
 „tici*, quod quamvis de se nil aliud
 „diversam sententiam in rebus Religio
 „nis importet, nihilominus tamen ad
 „contumeliam & probrum detorqueri
 „soleat, & aliunde supremi Protestant
 „Principes hoc nomen: *Hæretici* pro
 „troci habeant convitio, omnesque
 „rum subditi, cujuscunque Religio
 „eorum Principes ac Domini sint, ad
 „omnem fidem & obedientiam ita
 „bere teneantur, ut Religionis diver
 „tas debitam eorum obedientiam
 „dem nec ullo pacto minuere, aut
 „mutare queat: hinc serio omnino
 „Ecclesiasticis præcipimus, ut in
 „Concionibus & Catechesibus ab om
 „bus contumeliosis, invidiosis &
 „brofis verbis contra diversæ Religio
 „Sectatores abstineant. Catholicæ
 „dei dogmata cum debita moderati

„& modestia vel exponant, vel opposi-
„tas doctrinas confutent, quin in eas
„dicteriis invehant, aut eorum mores
„nec in particulari nec in communi (cum
„aliunde circa morum doctrinam con-
„troversia non sit) indecenter reprehē-
„dant, & vel maxime a verbo *Hæretici*
„abstineant. Præterea, dum de Cæna
„loquuntur, quam juxta ritum suum
„Confessioni Augustanæ addicti sumunt,
„non illam probrosissimo nomine *Stupce*
„traducant, sed potius solerter studeant,
„ut alterum mandatorum Dei Caput,
„quod in charitate proximi propter
„Deum consistit, semper erga diversæ
„Religionis Sectatores exerceri incul-
„cent, & misericordis Samaritani ex-
„emplum Luc. 10. suis Christifidelibus
„tam in eorum Concionibus, quam in
„Instructionibus ob oculos ponant. Pa-
„ri quoque moderatione ac circumspe-
„ctione omnes Ecclesiastici in privatis
„suis colloquiis utantur, & ad idem a-
„lios hortentur: omnes vero & singuli
„Catholici præprimis curent, ut suo
„proximo, cujuscunque sit Religionis,
„morum probitate, fervida ad Deum
„oratione, misericordiæ operibus, sa-
„lutari & pacifico colloquio præluceant,
„ac denique pro Regiæ suæ Majestatis,
„totiusque ejus familiæ incolumitate ac
„conservatione preces jussu nostro ty-

M m 3

„pis

Sæc. XVIII.
A. C. 1742.

Sæc. XVIII. „pis impressas fervide ac iterato
A. C. 1742. „dant. Ad horum tenorem omnes
 „bis subditi, præsertim animarum Pa-
 „stores & Catholicæ Religionis Con-
 „natores sese componere student
 „transgressores vero, cum aliunde
 „los contra Regiam indignationem
 „vindictam tuendo impares simus,
 „merito culpæ gravibus pænis coerces-
 „potestatem nobis competentem reser-
 „vamus.“

*Philippus Ludovicus Cardinalis
 Sinzendorff,*

Episcopus Vratislaviensis

*Adam Antonius Oexle de Felsdorff
 Vic. General.*

§. XLVII.

*Pax Vratislaviensis inter Hungaricam
 Reginam & Borussicæ Regem.*

Initia hujus anni Austriacis armis
 pido adversa fluxerant; Maria
 Theresia Hungariæ Regina ab omnibus
 pene deserta, septem potentissimorum
 Principum armis undique impetita,
 iteratas suorum clades Austriam, Bo-
 miam, Silesiam, & Moraviam jam fere
 totam amiserat. Accessit ad calamita-
 tis cumulum Zeslaviensis pugna, in
 qua die decima septima Maji Austriacæ